



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Exhortationes|| Ad|| Religiosos**

**Dirckinck, Johann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

2. Dominus tecum, vox salutationis, vox affirmationis, vox conjunctionis.  
Thema. Dominus tecum. Lucæ 1.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51834](#)



## EXHORTATIO II.

PRO FESTO ANNUNTIATIONIS

B. V. MARIAE.

Quomodo Dominus cum illa fuerit.

THEMA.

*Dominus tecum.* Luc. c. I.

Uibusunque laudum & encoriorum titulis Virginem Deiparam, gratiosissimam Patronam, dominam ac matrem nostram hominaverimus; eos omnes, si penitus infexerimus, è praesentia speciali, assistentia & coniunctione Dei cum Virgine, velut è sole radios, è fonte rivulos promanare deprehendemus. Nuncupat Angelus Virginem gratiâ plenam; pronuntiat Elisabetha Benedictam inter mulieres; ipsa se ab omnibus generationibus Beatam prædicandam prophetat. Alia atque alia de promit Ecclesia è Scripturæ divinæ fontibus elogia: at omnia hæc è praesentia, assistentia, & coniunctione Numinis peculiari, hoc birevio, *Dominus tecum*, significat pul-

lulare, non est quod ambigamus. Unde enim tantam nactus benedictionem Patriarcha Isaacus, nisi è praesentia arque assistentia Dei Gen. 26. ei promissa: *Ero tecum & benedicam Tibi.* Unde tanta Jacobo Patriarchæ in laboribus prosperitas, successus in negotiis, robur in adversis, nisi è promissa Gen. 26. divina praefencia & assistentia? *Ego custos tuus, quounque per veneris.* Unde tot palme & lauri, tot victoria & triumphi à Duce belli generosissimo Josue reportati, nisi ex peculiari praesentia & assistentia Domini, per Moysem eidem promissa? Deut. 31. 8. *Dominus qui Dux est rex, ipse erit tecum.* Unde denique tot negotia prosperè confecta, tot periculosa certamina, tot ardua prælia, per Gedeonem, Davidem, Juditham, aliisque populi Israëlitici Duces, feliciter gesta, nisi ex praesentia & assistentia Altissimi, ut Paginæ sacræ luculentè

O 3 testan-

testantur. Ex hac igitur radice, Dominus tecum, omnis gratia, omnis gloria, omnis benedictio, omnis felix expeditio, omnis victoria & adorea enascerunt.

Considerabimus proinde, in praesenti, quare ratione fuerit cum Virgine Beataissima Dominus, exponendo hoc Angelicum dictum: *Dominus tecum.* 1. Per modum appreciationis. 2. Per modum affirmationis. 3. Per modum individuae conjunctionis & Societatis. Ipsamque Virginem demisere cogabimus, ut presentiam assistentiamque divinam specialem & nobis exorare non dedigatur.

I.  
Dominus tecum  
vox salutationis.

Angelica verba, *Dominus tecum,* per modum salutationis prolatæ esse, docet Cajetanus. Apud Hebreos enim olim hæc usitata fuit salutandi, apprendique formula: *hac enim phrali Gedeonem Heroem strenuissimum salutavit Angelus: Iudicium 6.* *Dominus tecum virorum fortissime!* Hac ratione Booz meliores suos in agro visitans, eidem salutem impertiebatur, dicens: *Dominus tecum.* Ruth. c. 2. Similimodo Rex David Salomoni Filio suo, sub vita finem benedicens precabatur: *Nunc ergo Fili mi, sit Dominus tecum & prosperare.* 1. Paralip. 22. Eadem loquendi formulæ etiam Saul ipsum Davidem, contra Goliathum in certamen singulare dimittebat, 1. Reg. 17. *Vade & Dominus tecum.*

O Virgo benedicta, liceat hodiernæ die nobis Filii tuis, nostrum erga te affectum, benevolentiamque contestari, te amante salutando, benevolèque applicando, cum Angelo paronympho tuo: *Dominus tecum Virginum sanctissi-*

*ma! Dominus tecum sit, ô Maria! per operationem potentiae suæ, tanquam Dominus cum ancilla sua, sicut enim te hodie nominasti; sicut cum Moyse fuit, quo dicente: *Quis ego sum, ut vadam in Pharaonem & educam Filios Israël ex Aegypto?* Respondit Dominus: *Ego tecum ero, manu scilicet potenti, ad populum e servitute Aegyptiaca vindicandum.* Exodi 3. Ne ergo dixeris ô Virgo quod sum ego, aut quomodo fieri studi? *Ego tu cum ero.* Dominus tecum erit: *Spiritus Sanctus superveniet in te; ne timeas.**

Deinde Dominus tecum sit, perditionem, velut Nauelearus cum nate *Dominus tecum sit,* per protectionem, à periculis, veluti Aquila cum nido suo, quem defixa oculo respicit: *Dominus tecum sit* per consolationem, velut matris cum infante: *Dominus tecum sit* per amicitiam & gratiam, ut amicus cum amico. Denique *Dominus tecum* per incarnationem, tanquam Filius cum Matre.

Hæc sunt, ô Virgo sanctissima! vox & desideria nostra ex singulari in tempore profecta: hæc sunt quæ tibi appræcamur, Matri Filii, Patronæ Clientelæ, hæc quoties verbis Angeli te salutamus, ex animo vovemus: id tantum optemus, & humiliè flagitantes, ut tu vicissim cuilibet nostrum benedicaris, aprecare igitur & precare efficaciter, liber è nobis dicendo: *Dominus tecum* cum illo ut Dominus cum seruo Navarchus eū navigio, Aquila cum pullo, frater cum Fratre. Prebare cuivis *Dominus tecum sit* in studiis & negotiis; in laboribus & æruminis, in dubiis & periculis, in prosperis & adversis: *Tecum sit in re-*

tationibus

tationibus, in afflictionibus, in persecutionibus, in somno & vigilia, in gaudio & tristitia, in solatio & angustia, in exilio & in patria, in vita & in morte, in iudicio & in Paradiso. Atque haec est primò vox appresentans.

II. Deinde Dominus tecum, ab Angelis prolatum, ex communiore Patrum Sanctorum sententia est formula affirmatio, seu vox affirmantis. Veluti olim Deus ipse affirmavit Gen. 26. *Noli timere; ego tecum sum.* Et Nathan Prophetæ Davidi alleveravit. 2. Reg. 7. *Onde quod est in corde tuo, vade, fac: quia Dominus tecum est.* Et Dominus ad Paulum: *Ego sum tecum.* Act. 18. 20. Parte hodierno festo, Virginem allquit Angelus: *Dominus tecum:* ut fautoris, ut amator, ut defensor eritque paulò post ut Filius. *Dominus tecum:* pauca verba, sed que multa continent mysteria, beneficia plurima compleuntur; nam ò Virgo!

1. *Dominus tecum est,* velut Sol in Cœlo, ut radiis divinitatis suæ te illuminet: velut sponsus in thalamo, ut arcuatum amoris vinculo se tecum uniat: vel Numen in templo, ut omni benedictione cœlesti te cumulet. 2. *Dominus tecum est* in corde vel ut Augustinus loquitur in mente, unde gratia plena. Lucæ 1. tecum est in ore: *Unde eloquum tuum dulce.* Cant. 4. Tecum est in operatione: unde manus tuæ distillaverunt myrram. Cant. 5. 3. *Dominus tecum id est tota SS. Trinitas tecum est.* Pater tecum est, quia te elegit ut effex pulchra ut Luna, electa ut Sol. Cant. 6. Filius tecum; quia, quia se tibi desponsavit: *Ipsa tanquam sponsus Psal. 118.*

*Et qui sponsus est, habet sponsam.* Joan. 3. Spiritus Sanctus tecum, quia te confecravit: unde benedicta Luc. 1. Unde sacrarium Spiritus Sancti, ut canit Ecclesia. 4. Tecum tota SS. Trinitas: quia tecum Potentia Patris te fecundans: ut eundem gignens Filium, cum ipso dicere valeas: *Ego hodie genui te.* Tecum Sapientia Filii, ad dignitatem Matris Dei te preparans atque erudiens. Tecum Spiritus S. puritatem concipientis illibata conservans. 5. *Dominus tecum,* quasi Pater cum Filia, quam vigilanter custodit: quasi Rex cum Regina, quam sublimi honore excusat: quasi Sol cum Luna, quam splendore virtutum illustrat: quam ab omni peccato originali & actuali prætervat: quam ab omnifomite & concupiscentia liberat. 6. Denique *Dominus tecum,* ut exponit Doctor Angelicus 3. p. q. 30. a. 4. cum S. Augustino, Hieronymo, Petro Damiano & aliis: *Dominus tecum, excellentissimo modo, quomodo cum nullo mortalium fuit, scilicet per conceptionem & incarnationem Verbi;* non per etiam, sed mox peragendam. Augustinus legit. 2. de Annunt. *Tecum, inquit, Dominus in corde; tecum in ventre; tecum in utero; tecum in auxilio.*

Ave igitur, gaude, plade, latare ò Maria! Nos de hac Dei præsentia & assistentia, & vel maximè de dignitate materna ex animo tibi gratulamur. Auresque arrigimus, dum hoc à te documentum accipimus, & cuilibet nostrum dicentes audimus: *Fili mi, si peccati lethali expers es, ut omnem Religiosum decet: si gratiâ Dei sis prædisitus, cujus signa adeò lucenta in anima*

XVI  
111 EXHORTATIO II. PRO FESTO ANNUNT. B. M. V.

anima tua reperis; & Dominus tecum est: in anima & corpore, in memoria, intellectu & voluntate, in corde, ore & opero. Tecum est velut Sol in celo, ut tenebras tuas excutias; velut Sponsus in thalamo, ut per charitatem te amplectatur; velut Numen in templo, ut te sanctificet; Templum enim Dei sanctum est, quod est uos. Tecum est Potentia Patris, ut te protegat. Sapientia Filii, ut te instruat. Bonitas Spiritus Sancti, ut suis charismatis te locupletet. Dominus tecum est, velut Rex in throno: Siquidem anima justi thronus est Sapientia, in quam se transfert. Sap. 7.

Gaudet igitur & plaudet, Anima Religiosa: quia Deus in te velut in solio suo residet. 1. In hoc anima tua throno sedet Deus, dans tibi quolibet momento facilem accessum, ad proponenda appetenda, quicunque cupis; quod nullus Regum concedit vel familiarissimo. 2. Sederet in hoc throno anima tua Dominus sine intermissione cogitans de omni bono tuo; Cogitans cogitationes pacis & non afflictionis. Jerem. 29. 3. Sederet in hoc throno dans decreta beatis Spiritibus, ut te custodiant in omnibus vitiis tuis, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum; & hostes thygios te potentiores arceant. 4. Sederet in throno anima tua, tanquam caput in membra, tanquam vitis in palmites jugiter influens; ut fructus bonorum operum copiose producas. 5. Sederet in throno anima tua, eandem virtutum cimelium exornans; meritorum praemia promittens, consolationibus caelestibus te amplexans; in omnibus te juvans, in omnibus actionibus internis & externis tibi

serviens magis, quam ullum mancipium Domino suo deserviat. 6. Denique Dominus tecum est, residens in throno anima tua, ibidemque, ut paucis multa complectar, cum S. Laurentio Justiniano: Terret ut Dominus protigit ut custos, bortatur ut Pater, doctus Magister, cohabit ut Frater, nutrit ut Mater, blanditur ut Amicus, amplexatur ut Sponsus, illustrat ut Veritas, praevenit ut Bonitas, se manifestat ut Lux, loquitur ut Verbum, dulcorat ut Sapientia, salutemque prestat ut Vita.

III. Tertiò haud incongrue Dominus tecum, exponemus, per modum coniunctionis & individuus familiarium & societatis: in omnibus enim propriis mysteriis, JESUS cum MARIA regnatur. 1. Dominus tecum, o Virgo! cum invenitur a Pastoribus, cum adoratur Magis, cum fugit in Aegyptum: Iesu enim ascendens Dominus, inquit Propheta Isaías c. 19. Super nubem levem, & intragreditur Aegyptum. Tu, Virgo, nubes vis es, aut brachia tua inter quae in Aegyptum desertur, & per quae ex Aegypto in Iudeam reducitur. 2. Dominus tecum, o Domina, cum in templo praestatur, & a Simeone & Anna benedicatur: cum in templum duodenis progeditur: & licet brevi tempore intercedente reliquerit, ut amorem cum probaret, tecum tamen erat, in tuncumbens affectu & desiderio ardimento. 3. Dominus tecum, o Mater domini primum patrans prodigium in Canaqueam convertit in vinum, cum turbis Evangelium prædicat, cum arborea crucis concendit; cum redivivus a morte resurgit, tibique desolata dicere pos-

terat : Exsurrexi & adhuc tecum sum.  
Imo adhuc tecum est & erit per specia-  
lem gloriam, tota aeternitate.

Quicunque igitur ex vobis, Chafissi-  
mi, vult esse cum Iesu, sit & ipse cum  
MARIA ; quia nec JESUS à MARIA , nec  
MARIA à IESU separatur. Concludam  
ergo cum religiosissimo Thoma Kem-  
peni : sermonem ad Novit. Bonum est cum  
Maria Iesum adorare ; jacentem in pra-  
eceptio ; cum Maria Iesum in ulnis portare ; cum  
Maria Iesum querere , cum Maria & Iesu  
in Nazareth habitare ; cum Maria Iesum  
plorare ; cum Maria Iesum sepelire ; cum  
Maria & Iesu resurgere , cum Maria & Ie-  
sue nos ascendere , cum Maria & Iesu vi-  
vite & mori desiderare.

Ecce Charissimi , triplicem sensum  
Verborum Angelicorum . Dominus tec-  
um. 1. Est vox salutationis & appre-  
cacionis: apprecessum hoc, ut dictum est  
Virginis indies, dum eam salutamus , ut  
& ipsa precetur nobis: Dominus tecum,  
in precibus , in studiis , in necessitatibus  
& omnibus actionibus : haec enim ap-  
preccatio, non erit vacua, nec fructu ca-  
rebit. 2. Est vox affirmationis: affirmam-  
mus ; credamus , & gratulemur Domi-

num cum Virgine esse ; præsertim per  
Conceptionem & Incarnationem, quæ  
Dei Mater, & hominum, Angelorum  
que Regina constituitur ; & votum ip-  
sius audiamus optantis , ut Dominus  
quoque nobiscum sit, per gratiam , affi-  
xientiam , & auxilium , & velut in thro-  
no in nobis residet, nos exaudiens , cu-  
stodiens, influens, consolans, docens, il-  
luminans, blandiens, nutritus, ample-  
xans & salvans. 3. Est vox conjunctio-  
nis : quia nec JESUS sine MARIA , nec  
MARIA sine IESU reperitur : arcta est fa-  
miliaritas, individua conjunctio & unio  
dilectionis. Simus ergo & nos conju-  
ncti cum IESU & MARIA ; ut JESUS &  
MARIA sint nobiscum : Felix anima, in-  
quit Thomas de Kempis l. c. quæ habet  
Iesum & Mariam , familiares amicos in  
haec vita, sodales in mensa , comites in via,  
provisores in necessitate , consolatores in tri-  
bulatione , adjutores in periculo , consulto-  
res in dubio, susceptores in extremis. Igitur  
age ut semper Iesu sit tecum, sicut cum Ma-  
ria ; & hoc habe pro solatio, in hujus  
mundi exilio, Iesum & Mariam  
habere in cordu  
hospitio.



P

EXHOR-